



Karel Jaromír Erben

Fasciculus florum

Kytice





Karel Jaromír Erben

Fasciculus florum

Kytice

Ioannes Šprincl Latine vertit
Georgius Farský picturis adornavit

do latiny přeložil Jan Šprincl
ilustrace Jiří Farský

Universitas Masarykiana
Brunae MMXVIII

Masarykova univerzita
Brno 2018

Hic liber pars investigationis specificae ita dictae scholarium
Instituti studiorum classicorum Facultatis philosophicae
Universitatis Masarykianae Brunensis (MUNI/A/0916/2017:
Linguarum antiquarum earumque litterarum nec non culturarum
ad eas pertinentium atque vitae earum posterarum investigatio)
conscriptus est.

Kniha vznikla v rámci specifického výzkumu studentů
Ústavu klasických studií Filozofické fakulty Masarykovy univerzity
v Brně (MUNI/A/0916/2017: Zkoumání starověkých jazyků,
jejich písemnictví a příslušných kultur, včetně jejich recepce).

Tomáš Weissar edendum curavit
Jana Nechutová et Markéta Melounová textus Latinos recensuerunt
Vít Boček formam libri typographicam paravit

Edičně připravil Tomáš Weissar
Jazyková redakce Jana Nechutová a Markéta Melounová
Grafická úprava Vít Boček

© 2018 Jan Šprincl, dědicové
© 2018 Jiří Farský, dědicové
© 2018 Masarykova univerzita

ISBN 978-80-210-9055-2 (váz. vaz.)
ISBN 978-80-210-9056-9 (online : pdf)

Index — Obsah

Gratiarum actio

Poděkování

10

Loco prooemii — Úvodem

De Erbeni Fasciculo et quam in litteris Bohemicis valeat

Erbenova Kytice a její místo v české literatuře

14

De vita opereque unius ex ultimis poetis

Neolatinis Bohemicis Ioannis Šprincel

Život a dílo jednoho z posledních novolatinských

básníků v Čechách Jana Šprincela

20

Quomodo versus a Šprincl compositi legantur

Jak číst Šprinclovy verše

28

Fasciculus florum — Kytice

Thymus

Kytice

35

Thesaurus

Poklad

41

Sponsa lemuris

Svatební košile

83

Empusa

Polednice

111

Rhombus aureus

Zlatý kolovrat

119

Dies largus

Štědrý den

149

Columbulus

Holoubek

167

Lectus Gregorii
Záhořovo lože
181

Undinus
Vodník
219

Salix
Vrba
243

Lilium
Lilie
259

Exsecrationes filiae
Dceřina kletba
271

Mulier fatidica
Věštkyňe
281

Ratio edendi
Ediční poznámka
302

*In memoriam Ioannis Šprincl,
cuius anniversarium duplex
— a natu annos centum et triginta ab obitu eius —
annus huius libelli typis edendi iungit.*

*Nec non in memoriam amici eius Georgii Farský,
qui ipse libellum hunc edendum nobiscum paraverat,
in lucem autem editum videre Fortuna invidens ei non sivit,
quo impresso viso cultor Šprincli memoriae ardens
pro certo maxime gauderet.*

*Na památku Jana Šprincla,
jehož dvě výročí
— 100 let od narození a 30 let od úmrtí —
pomyslně spojuje rok vydání této knihy.*

*A na památku jeho dobrého přítele Jiřího Farského,
který se sám na vydání této knihy zpočátku podílel,
spatřit výsledek mu však bohužel již nebylo dopřáno.*

*Jakožto horlivý ctitel Šprinclovy památky
by z něho měl zajisté velkou radost.*

Gratiarum actio

Cunctis, qui operam dederunt, ut libellus hic in lucem edi posset, hoc loco gratias agere decet. Est imprimis Irena Radová, quae operis patrocinium suscepit. Dein Jana Nechutová, quae textus Latinos auxiliares diligentissime correxit, et Markéta Melounová, quae Fasciculi textum Latinum recensuit; nec non Vít Boček, qui omnia typis edenda paravit. Post etiam Klára Modlíková, quae mihi auxilio semper stetit.

Gratiae maximae agendaе heredibus Šprincli sunt — Ioanni atque Stephano Vystřčil, qui, ut versio haec Latina, cui avunculus eorum auctor est, typis ederetur, consenserunt. Animo aequae propitio Vladimír Landa picturis Georgii Farský uti nobis permisit.

Heredes Šprincli indagantibus nobis Viktor Dvořák atque Miroslav Malovec valde profuerunt. Ad Šprincli curriculum vitae conscribendum Jiří Farský, dum viveret, multum contribuit et alii quoque, quibuscum de studiis classicis Brunensibus colloquia fecimus — praesertim Petr Peňáz. Dissertationem suam, in Universitate catholica Lovanensi ortam, Katia Magnus libenter praestitit. Denique Archivo literario Monumenti litterarum nationalis, Bibliothecae regionali Moravicae et aedibus Munipress grates habemus.

Tomáš Weissar

Poděkování

Sluší se na tomto místě poděkovat všem, kteří přiložili svou ruku k dílu, aby mohla tato publikace spatřit světlo světa. Za supervizi celého projektu děkuji Ireně Radové, za pečlivé korektury latinských překladů doprovodných textů Janě Nechutové a za revizi latinského textu Kytice Markétě Melounové. Za grafické zpracování pak patří díky Vítu Bočkovi. Za pomoc a podporu po celou dobu příprav děkuji Kláře Modlíkové.

Velký dík patří rovněž dědicům autorských práv na Šprinclovy překlady Janu a Štěpánu Vystřčilovým, kteří udělili svůj souhlas s jejich publikací. Stejně tak ochotně souhlasili s použitím Farského ilustrací manželé Landovi.

Za vydatnou pomoc při pátrání po Šprinclových dědicích patří dík Viktoru Dvořákovi a Miroslavu Malovcovi. Cenné podklady pro sestavení životopisu Jana Šprincla mi poskytl ještě za života Jiří Farský a také další, s nimiž jsme vedli rozhovory o dějinách klasických studií v Brně — zejména Petr Peňáz. Svou disertační práci a podklady k ní ochotně zapůjčila Katia Magnus. Poděkování patří také Literárnímu archivu Památníku národního písemnictví, Katolické univerzitě v Leuvenu, Moravské zemské knihovně a nakladatelství Munipress.

Tomáš Weissar

Loco prooemii

Úvodem

De Erbeni Fasciculo et quam in litteris Bohemicis valeat

Karel Jaromír Erben (1811—1870) inter poetas romanticae aetatis locum suum singularem habet. Poetae Bohemi huius temporis materiis ceteris eas ad patriam et historiam eius spectantes praeferabant, quae gloriam Bohemorum gentis — saepius creditam tantum — demonstrarent; dein genus elegiacum colebant et de rebus invicem oppositis, morte, nocte cantabant (quo spiritu carmina principis poeseos romanticae apud Bohemos Caroli H. Mácha insiguntur); denique themata animos mollientia et amatoria diligebant. K. J. Erben ab his maxime differt et fratres Grimm sequens artem suam poeticam in carminibus a circulo populari ortis instituit. Eis imitandis autem non studet, ut poetae sentimentalismi Bohemici artem popularem admirantes (E. L. Čelakovský) faciebant, neque radices Bohemorum gentis antiquas reperire (sicut J. Kollár vel P. J. Šafařík) conatur. Poetam nostrum ars popularis ratione sua intima allicit, altitudine profunda, mytho et veritate fundamentali in eo recondita. Sic mythologiam tractat Erben non solum poeta, qui rudimenta poeseos popularis rure Bohemico adhuc viventia novit, sed etiam homo doctus, qui multas commentationes scientificas mythologiam tangentes iuris publici fecit.

Fasciculus florum (Bohemice *Kytice z pověstí národních*) primum anno 1853° prelo editus est. In principio corpus e XII carminibus constabat, hoc ordine dispositis, ut carmina duo sibi semper invicem responderent, unum in prima operis parte, alterum in parte ultima. Editionem alteram anno 1861° impressam carmen *Lilium* non secus ac poemata *Carmina* intitulata suppleverunt. Postea autem Erben poeta, *Fasciculum florum* opus suum poeticum unicum relinquens, reticuit.

Erbenova Kytice a její místo v české literatuře

Karel Jaromír Erben (1811–1870) zaujímá mezi českými romantickými básníky specifické místo. Pro český romantismus je typických několik základních témat: látky vlastenecké a historické, jež ukazují — třebaže domnělou — slávu českého národa; elegičnost a poetika kontrastu, smrti a noci (jak ji pěstoval přední exponent českého romantismu K. H. Mácha); a samozřejmě látky sentimentální a milostné. K. J. Erben představuje zcela jinou podobu romantického ducha. V návaznosti na práci bratří Grimmů hledá těžiště tvorby v lidové poezii. Nejde mu však o nápodobu inspirovanou estetickou fascinací lidovou slovesností (tzv. ohlas), jak ji pěstoval český sentimentalismus (F. L. Čelakovský), ani o hledání starobylých kořenů českého národa a z ní plynoucí národní specifičnosti (J. Kollár, P. J. Šafařík). Folklor Erbena láká svou vnitřní logikou, nehlubším podložím — mýtem a bazální pravdou v mýtu ukotvenou. Erben zná mytologii nejen jako básník či znalec dosud přežívajících rudimentů lidové slovesnosti na českém venkově, ale také a zejména jako badatel — mytologii věnoval mnoho textů odborných.

Kytice z pověstí národních vyšla roku 1853. Její básně vznikaly od třicátých let 19. století, většina jich ovšem byla napsána teprve pro knižní vydání. Původně sbírka sestávala z 12 básní (kompozičně jsou provázány vždy báseň z počátku a konce s analogickou tematikou, pandánem *Štědrého večera* měla být *Svatojánská noc*, jež však nebyla dopsána). Druhé vydání z roku 1861 bylo doplněno o báseň *Lilie* a básně označené jako *Písně*. *Kytice* je jediné básnické dílo svého autora, po jejím vydání se Erben jako básník odmlčel.

Argumenta carminum materiem propriam poeticae populari — quam carmen primum concelebrat — praebent, versus autem ab Erben creati sunt nequaquam et stilum et modos vernaculares imitantes. Etiam si titulus operis Bohemicus de „fabulis“ loquatur, fabulas ibi paucas solas invenimus. Genus litterarium poematibus hiis proprium ballada ita dicta est, quamquam Erben ipse vocabulo hoc non utebatur. Genere balladico, mixto elementis mythicis factus est Erbeni *Fasciculus* artis poeticae monumentum. Conflictus et excitatio drammatica una cum dialogis frequenter interpositis et cum duplici sensu, quam proprio, tam symbolico (quod mythum specialiter insignit), *Fasciculi* carmina arti drammaticae vicina faciunt.

Hominis libertas in Erbeni carminibus minime tractatur, sed e contra limites eius. Auctor brevitate excellit argumentum verbis paucis nudisque enarrans et res magni momenti tantum lectori praesentans. Descriptio rerum abest fere. Loca actionum fabulosa et cuique bene nota — silva, domus, lacus — similiter ac carminum personae — filia, mater, rex, domina — archetypales esse solent. Characteres non describuntur, nisi figuris discernendis et actioni evolvendae necessarii sunt. Temporis processus cyclicus effluit potius obitumque omnium rerum affert, quam ut spatium rebus agendis sentiat. Ordo mundi aeternus solus inconcussus stat.

Antecessores poetae nostri, balladas quoque componentes, materiae rationabiliter exponendae atque in fine narrationis molliendae studuerant, cum Erben gestorum humanorum consequentiam nullo modo evitandam esse assereret. Summum thema discrimen ethicum, scilicet ordo eiusque laesio est. Vis suprema — ordinis stabilitas maiestasque legis — fit Erbeni certamen cum illis, qui opiniones romantismi sequentes individuum uniuscuiusque nec non ius liberum hominis quidquid faciendi extollunt. *Fasciculi* universum supra punctum intersectionis utriusque ordinis — cum ad individuum pertinentis, tum id transcendentis — aedificatur. Quorum duorum ordinum lis ad Fatum allidit immutabile datum. Cupiditas humana fati mutandi culpam affert

Fabule básní vycházejí z autentických látek české lidové slovesnosti (lidové dědictví oslavuje první báseň sbírky), konkrétní básnická realizace je ovšem dílem Erbenovým a odchyluje se od principů lidové tvorby. Oproti názvu ve sbírce nedominují pověsti; ty zde nalezneme jen okrajově stejně jako např. legendu. Jejím pravým žánrem je balada (Erben sám toto slovo neužíval). A právě promísení ducha baladického s duchem mýtu činí z *Kytice* básnický monument. Vyznačuje ji vypjatá konfliktnost a dramatickosti situace (směrem k dramatu posouvá Erbenovy balady výrazná dialogičnost) — to je znak balady. A také dvojí obsah, primární a symbolický — což je znak mýtu.

Děj Erbenových balad není prostorem lidské svobody, ale demonstrace jejích mantinelů. Erben je mistr dějové zkratky. Líčení děje je strohé až torzovitě, předvedeny jsou jen uzlové body. Popisné složky jsou maximálně redukovány. Prostor jeho balad je myticky archetypální — les, dům, jezero —, každému čtenáři dokonale známý. I postavy jsou vlastně čisté archetypy (dcera, matka, král, paní). Mají jen tu charakteristiku, jež vykresluje jejich povahu a jež je nutná pro rozvíjení děje. Čas je cyklický, více než průběhem událostí je pouhým uplýváním, v němž vše pomíjí; neochvějný zůstává jen věčný řád světa.

Oproti dosavadní české baladice, jež směřovala k racionálnímu výkladu a eufemizovanému vyznění, se u Erbena vystupňovala nevyhnutelnost důsledků za lidské činy. Vlastním tématem sbírky je problém etický, řád a jeho porušení. Důraz na stabilitu řádu, na „majestát zákona“, je Erbenova polemika s českou i světovou romantikou zaměřenou na individuum a jeho právo na čin. Svět *Kytice* je budován na průsečíku dvou řádů, individuálního a nadosobního. Spor těchto dvou řádů naráží na osud; ten je v *Kytici* dán jako neměnný. Lidská touha osud změnit — tedy řád individuální — iniciuje problematiku viny a trestu (ten je pozitivní: představuje přirozenou snahu o potrestání zla). Etický konflikt je vyhrocován kolem postavy ženy. Žena překračuje lidské hranice (žije s vodníkem, ve vrbě či lilii, matka po smrti dlí v mateřídoušce) a normy, a to v rozporu s tradičním vnímáním ženy jako

atque poenam iustam. In medio discrimine persona mulieris stat, quae limites humanos transcendit (undino nubit, in salice vel lilio vivit, post mortem animam suam in thymo ponit) atque leges, quamvis mulier alias persona passiva percipi soleat: contra leges autem agere urget eam, quod facile intellegi potest, condicio eius matris, filiae, uxoris. Conflictus, qui evitari non potest et ipso facto tragoediam praesignat, necesse est, ut carmen balladam faciat. In cuius fundamentis mythus iacet, qui de Fato narrat et a poeta bonum morale habetur.

Fasciculo florum aetas litterarum Bohemicarum renascentium finita est, libellus autem hic usque ad hodie unum fastigiorum artis poeticae et exemplum carminum generis sui remanet. Permulti non solum poetae, verum etiam pictores et artifices musici eum secuti sunt.

Pavel Šidák (Tomáš Weissar Latine vertit)

bytosti pasivní. Je to však logické: proti normám nutí ženu konat její status — matka, dcera, manželka. Nevyhnutelnost konfliktu, apriorní otevírání básnické situace tragédií, pak nutně ústí do baladického rámce. A v jeho základech leží mýtus, jenž vypovídá o osudu: mýtus má pro Erbena hodnotu mravní.

Kytice uzavírá obrozenské období české literatury. Její básně zůstávají v české literatuře jako vrchol baladické tvorby a fungují nadále jako prototyp tohoto žánru. Vedle řady literárních následovníků má *Kytice* hojné ohlasy v českém umění výtvarném i hudebním.

Pavel Šidák

De vita opereque unius ex ultimis poetis Neolatinis Bohemicis Ioannis Šprincl

Cum Ioannes Šprincl in hoc mundo versaretur, a pluribus circum se viventibus homo morosus ac mollis animi mysticus putabatur. In numerorum vim magicam credebat, et quamvis moderato ipse animo fuerit, tamen ardescere quibat atque vehementer commoveri, ut visiones paene apocalypticas afferret, si de iniuriis loquebatur, quas a regimine communistico ecclesia catholica patiebatur. Nullam uxorem umquam in matrimonium duxit et plerumque in domo degebat, ubi cum sorore sua atque familia eius vivebat. Solus hic in conclavi suo remoto inter librorum copiam litteras vertebat, in quo opere — ut hodie iam melius cernimus — vir vere singularis fuit.

Ioannes Šprincl die 27^o mensis Septembris anno 1917^o in vico Pudlov apud Bohumín (Theominum, civitatem in Silesia sitam) natus est, examen maturitatis autem iam Brunae superavit, ubi postea in universitate philologiae classicae studebat. Studium eius vero bellum mundanum interrupit, quo tempore universitates Bohemicae clausae remanebant. Šprincl igitur in scholis mediis docebat. Post bellum finitum studia sua peregit professorque gymnasii Suitavensis nominatus est. Cum autem opiniones eius ab ideologia marxistica abhorrerent, locum docendi aliquotiens mutare coactus anno 1952^o tandem in Bibliothecam universitatis Brunensem venit. Quinto decennio saeculi vicesimi exeunte examen interpretum superavit et in sede periegetica Čedok munere interpretis ex lingua Anglica, Gallica, Germanica et Russica interdum fungebatur. Accedit, quod animum eius artis

Život a dílo jednoho z posledních novolatinských básníků v Čechách Jana Šprincla

Za svého života platil pro většinu svého okolí Jan Šprincl za tichého podivína a sentimentálního mystika. Věřil v magickou moc čísel, a ač byl sám povahy mírné, přece se dokázal plamenně rozohnit ve vizích až apokalyptických, obzvláště pokud šlo o příkoří, která musela ze strany komunistického režimu snášet katolická církev. Po celý život zůstal starým mládencem a většinu času trávil v domě, kde bydlel se svou sestrou a její rodinou. V ústraní ve své pracovně se zde obklopen knihami věnoval vědecké práci a především překladatelské činnosti, v níž byl — jak už dnes s odstupem času dokážeme lépe posoudit — postavou zcela ojedinělou a mimořádnou.

Jan Šprincl se narodil 27. září 1917 v Pudlově u Bohumína, maturitu však již složil v Brně, kde později také studoval klasickou filologii. Jeho studia přerušilo uzavření vysokých škol během války, a tak se na čas uchýlil za katedru a vyučoval na několika středních školách i soukromě nejen latinu, ale také němčinu, angličtinu a francouzštinu. Po válce dokončil studia a byl jmenován profesorem na gymnáziu ve Svitavách. Pro svůj vyhraněný světonázor byl však několikrát donucen změnit své učitelské působiště, až se roku 1952 uchýlil do brněnské Universitní knihovny, kde působil jako odborný knihovník. Kvalifikaci k této profesi si následně doplnil dvěma dvouletými knihovnickými kurzy, ovšem svému filologickému zaměření se nezpronevěřil. Koncem 50. let složil tlumočnické zkoušky a externě působil jako tlumočník z angličtiny, francouzštiny, němčiny a ruštiny v turistické kanceláři Čedok. Kromě

medicinae vocabula magis magisque alliciebant. Quod non mirandum est, nam medici complures in familia eius fuerunt. Hac forte causa evenit, ut Šprincl anno 1967^o in bibliothecam Facultatis medicae transiret. Post annum vero 1970 in Facultate philosophica quoque continenter agendo occupatus est, scilicet in Cathedra culturae atque humanitatis antiquae, ubi artem stylisticam Latinam nec non linguam Graecam classicam docebat litterisque plene studebat.

Quod ad studia litterarum Ioannis Šprincl attinet, imprimis in quaestionibus ad stilum Latinum Graecumque pertinentibus versabatur (iam in dissertatione sua imaginationem poeticam Platonis examinaverat). Ad lexicographiam quoque animum attendebat et praesertim ad vertendi artem, quam cum ratione, tum usu temptabat. Translationes Bohemicas operum classicorum priores respexit et de eis in opere *Vývoj českého překladu z antické literatury* (*Quomodo ars litteras antiquitatis vertendi in Bohemia creverit*) disseruit. Etiam ipse opera antiqua vertebat, et ea a Plauto, Aristofane et Pindaro composita. Valoris autem singularis versiones eius poetarum Bohemorum in sermonem Latinum sunt. Nonnulla carmina, quae Fráňa Šrámek, Jaroslav Vrchlický, Josef Václav Sládek, Petr Bezruč et multi alii scripserunt, et etiam libellum melodramatis Antonii Dvořák *Rusalka* (*Rutilla*) auctore Jaroslav Kvapil vertit. Et praeter Erbeni *Fasciculum* carminum corpus aliud integrum — Ottocari Březina opera omnia, quae Šprincli interpretatio Latina adhuc unica typis edita est (*Ottocarus Březina: opera poetica*. Červený Kostelec 2013.), ceteras Šprincl in ephemeridibus propalam fecit (praesertim in *Zprávy Jednoty klasických filologů* — in *Relationibus Unitatis philologorum classicorum* vel in *Vita Latina* et *Vox Latina*), aliae in typoscriptis ad nos pervenerunt.

Dubitari potest, utilene opera litteraria Bohemica Latine reddere sit. Ipse Šprincl respondet inutile non esse, si etiam aliae gentes talia opera cognoscant, quae inter gemmas litterarum vernacularum numerentur. „Ad quam rem ipsam,“ ait, „est lingua Latina — ut lingua monumentalibus et internationalibus — instrumentum aptissimum, optimus pons, per

toho se jeho zájmem stále více stávala odborná lékařská terminologie, koneckonců měl v rodině lékaře hned dva — svého bratra a svého švagra — a po stejné dráze se posléze vydal i jeho synovec. Snad také díky tomu přešel roku 1967 Šprincel do ústřední knihovny lékařské fakulty. Od 70. let pak začal soustavně působit také na filozofické fakultě, na Katedře starověké kultury, kde zpočátku externě, později již na částečný úvazek, vyučoval latinskou stylistiku a klasickou řečtinu a věnoval se naplno také vědecké činnosti.

Těžištěm Šprinclova zájmu byla latinská a starořecká stylistika (již ve své disertační práci pojednal o básnických obrazech u Platóna). Věnoval se také lexikografii a především překladu, a to jak teoreticky, tak prakticky. Jako výsledek jeho studia starších českých překladů antických klasiků vyšla v roce 1979 skripta *Vývoj českého překladu z antické literatury*. Sám překládal díla Plautova, Aristofanova a Pindarova. Zcela ojedinělé jsou však jeho překlady českých básníků do latiny. Výběrově takto překládal básně Fráni Šrámka, Jaroslava Vrchlického, Josefa Václava Sládka, Petra Bezruče a dalších — přeložil také Kvapilovo libreto slavné opery Antonína Dvořáka *Rusalka*. V úplnosti do latiny přetlumočil kromě Erbenovy *Kytice* ještě kompletní dílo symbolisty Otokara Březiny. To se jako dosud jediný Šprincelův latinský překlad dočkalo také knižního vydání (*Ottocarus Březina: opera poetica*, Červený Kostelec 2013.), ostatní překlady publikoval Šprincel částečně časopisecky (nejčastěji ve *Zprávách Jednoty klasických filologů* nebo v časopisech *Vita Latina* a *Vox Latina*), nebo se zachovaly ve strojopisech.

Nabízí se otázka, jaký má vlastně smysl překládat českou literaturu do latiny. Podle Šprincela není neúžitečné, aby i jiné národy poznávaly díla, která lze považovat za perly národní literatury. A právě pro tento úkol je podle jeho mínění „latina — jako jazyk monumentální a mezinárodní — vhodným prostředkem, mostem, po kterém se mohou přenášet nejcennější literární poklady z jedné země do druhé.“ (*K překladu českých veršů do latiny*, Listy filologické 1972.) Za povšimnutí stojí v této souvislosti vydání *Babičky* Boženy Němcové v Japonsku (*Obasan*,

quem pretiosissimae res litterariae ex altera regione in alteram transportari possunt.“ (*De quodam problemate stilistico, in quod incidimus, si versus e lingua vernacula in linguam Latinam vertimus*. Acta conventus omnium gentium Latinis litteris linguaeque fovendis. Bucurestiis 1970.). Hoc deliberantibus animadvertendum est, quod *Babička* (*Avia*) auctrice Božena Němcová immo in Iaponia edita est (*Obasan*. Kei Kurisu vertit. Tokio 1977.) interpresque eius usus est partim interpretatione in aliam linguam internationalem, quamquam multis hodie iam minime notam — in linguam esperanticam. Simili modo etiam *Fasciculi* nostri versio esperantica (*Bukedo el ĉeĥaj naciaj mitoj*. Tomáš Pumpr vertit. Praha 1938.) hoc opus longe exportavit — usque inter Sinas (interpretationem Sinensem Li Laojon fecit, quae autem rerum commutationis causa publicata non est). Eodem modo igitur Ioannes Šprincl quoque studiosis e toto orbe terrarum provenientibus litteras Bohemicas versionibus suis Latinis notas faciebat.

Lampadem hanc ab antecessore suo Francisco Palata (1870—1946) suscepit, professore gymnasii Trebicensis, qui multa carmina poetarum Bohemicorum extraneorumque in versus Latinos metricos vertit — ne Erben quidem in eis aberat, e cuius *Fasciculo* Palata aliquot balladas quoque vertit. Ipse Šprincl octavo decennio ineunte collegae suo Belgico, professori Theoderico Sacré, uni ex Latinitatis vivae fautoribus, quibuscum Šprincl epistulas invicem dabat, scripsit se conari „conservare traditionem Neolatinam in Bohemoslovia, quae ibi in periculo mortis invenitur.“ Eadem causa etiam *Sodalitatem amicorum Latinitatis* Brunae cum musico atque poeta Neolatino Ioanne Novák anno 1967° condiderunt. Studiosi varii in sodalitate hac regulariter se congregabant, ut de rebus variis Latine colloquerentur. Per epistulas vero Šprincl extraneos quoque Latinitatis vivae fautores noverat; multos eorum in *Conventibus omnium gentium ac nationum Latinis litteris linguaeque fovendis*, quibus ipse interfuit, coram cognovit.

Ne emeritus quidem, octavo decennio ineunte, Šprincl litteras investigare ac vertere desiit. In *Lexicon scriptorum Latinorum* (*Slovník*

Překlad Kei Kurisu. Tokio 1977.), kde překladatel částečně vycházel z překladu tohoto díla do jiného mezinárodního, ačkoliv pro mnoho lidí rovněž již poněkud exotického jazyka — do esperanta. Podobně se díky esperantskému překladu dostala také *Kytice* (*Bukedo el ĉeĥaj naciaj mitoj*. Překlad Tomáš Pumpr. Praha 1938.) až do daleké Číny — čínský překlad zde pořídil Li Laojon, tiskem však nakonec v důsledku nástupu tzv. kulturní revoluce nevyšel. Stejně tak tedy seznamoval s českou literaturou prostřednictvím svých překladů uveřejněných v neolatinistických časopisech intelektuály z celého světa Jan Šprincl.

V překládání české poezie do latiny navázal Šprincl na starší českou tradici reprezentovanou Františkem Palatou (1870—1946), třebíčským gymnaziálním profesorem, který převedl do metrických veršů mnoho básní zahraničních i českých autorů — byl mezi nimi mimochoodem i Erben a několik balad z jeho *Kytice*. Jak sám Šprincl napsal počátkem 80. let svému belgickému kolegovi prof. Dirkovi Sacré, jednomu z evropských příznivců živé latiny, s nimiž si Šprincl dlouhodobě korespondoval, svou překladatelskou a básnickou činností „se snažil uchovat v Československu novolatinskou tradici, jež se zde nacházela ve smrtelném ohrožení“ (*conatur conservare traditionem Neolatinam in Bohemoslovia, quae ibi in periculo mortis invenitur*). S těmito snahami souvisí také jeho činnost v *Sodalitas amicorum Latinitatis*, u jejíhož zrodu na vrcholu uvolnění politických poměrů v roce 1967 stál. Jednalo se o volné sdružení brněnských intelektuálů, kteří se pravidelně scházeli a hovořili spolu na nejrůznější témata výhradně latinsky. Hlavním iniciátorem této aktivity byl tehdy známý hudební skladatel a novolatinský básník Jan Novák. V písemném kontaktu byl ovšem Šprincl také se zahraničními příznivci živé latiny. S mnohými se osobně seznámil na několika mezinárodních kongresech věnovaných tomuto tématu (*Conventus omnium gentium ac nationum Latinis litteris linguaeque fovendis*), jichž se sám aktivně zúčastnil.

Překladatelské a publikační činnosti se Jan Šprincl nepřestal věnovat ani po odchodu do penze počátkem 80. let. Pro *Slovník latinských*

latinských spisovatelů, 1984) lemmata plurima de auctoribus Neolatinis tractantia nec non commentationem de huius aetatis operibus scripsit. Translationes suas Bezruč, Březinae atque Erbeni tunc compilavit et typoscripta earum in thesaurum Bibliothecae universitatis Brunensis collocanda curavit. Exemplar unum Březinae carminum immo in bibliothecam Vaticanam penetravit — donum papae Ioanni Paulo II in memoriam sancti Methodii mortis anniversarii. Extrema aetate Šprincl denuo Latinitati medicae studebat et *Ianuam Latinam* — lexicon quoddam artis medicinae scholaribus dicatum parabat. Quod opus autem inchoatum reliquit, cum die quinto mensis Novembris anno 1989° in silentio defunctus esset. De rebus, quae mox Pragae gestae sunt finemque regiminis communistici — quod ad Šprincli fata vim tantam habebat — attulerunt, pro dolor certior factus iam non est.

Fuerunt forte, qui propter rerum commutationem decessum eius ne animadverterent quidem. Nonnulli amici vero memoriam eius colebant, in quibus discipulus olim Šprincli ac postea amicus verus Jiří Farský (1935–2017) erat. Non solum ingenium simile eos coniunxit, sed praesertim philologiae Scripturaeque amor — Jiří Farský linguam Hebraicam, Arameicam Graecamque noverat et in scholaribus doctis fuit, qui versionem Bohemicam Scripturae Oecumenicam ita dictam commentationesque eius paraverunt. Insuper peritissimus in artibus multis erat, praeter alias in arte physica et musica (ipsi Šprincl e. g. melodiam ad versionem Latinam carminis *Prosinec* auctore Fráňa Šrámek, *Cantilenam nativitatis* intitulatam, composuit) et arti pingendi quoque vacabat. Translatione *Fasciculi* a Šprincl facta motus est, ut picturarum seriem ad hoc opus perficeret, quarum aliquot selectis libellus praesens ornatur.

spisovatelů (1984) zpracoval celou řadu hesel týkajících se novolatin-
ských básníků a také odbornou stať věnující se tomuto období latinské
tvorby. Zkompletoval své překlady díla Bezručova, Březinova a Erbe-
nova a postaral se o to, aby se jejich strojopisná vydání dostala do fon-
dů univerzitní knihovny. Jedna kopie překladu Otokara Březiny dokon-
ce pronikla až do vatikánské knihovny — jako dar papeži Janu Pavlu II.
k uctění výročí úmrtí sv. Metoděje roku 1985. Na sklonku života se
pak Šprincl opět vrátil ke studiu lékařské terminologie a připravoval ja-
kousi učebnici či spíše slovník pro studenty medicíny s názvem *Ianua*
Latina, kterou však již pravděpodobně nedokončil. Zemřel v tichosti
5. listopadu 1989. Událostí, které nastaly záhy a znamenaly konec to-
talitního režimu v Československu — režimu, který se na Šprinclových
osudech tolik podepsal —, se již bohužel nedožil.

Mnozí si možná v překotné atmosféře sametové revoluce jeho od-
chodu ani nevšimli, několik jeho přátel však i později pečovalo o jeho
památku. A právě mezi nimi byl také Jiří Farský (1935–2017), někdej-
ší Šprinclův žák a dobrý přítel. Spjovala je nejen podobná povaha, ale
především zájem o filologii a o Bibli — Jiří Farský ovládal hebrejštinu,
aramejštinu a řečtinu, účastnil se práce starozákonní skupiny překla-
datelů *Českého ekumenického překladu* a pomáhal jej komentovat. Byl
to však člověk vpravdě renesanční, který se vyznal mj. v otázkách fyzi-
ky, hudby (přímo pro Šprincla např. zhudebnil jeho latinský překlad
Šrámkovy básně *Prosinec*) a věnoval se také výtvarné činnosti. Inspiro-
ván Šprinclovým překladem *Kytice* vytvořil k tomuto dílu soubor kre-
seb, jejichž výběr ilustruje tuto publikaci.

Quomodo versus a Šprincl compositi legantur

Ioannes Šprincl vertendi artem ratione quoque temptabat (vide supra). Animo praesertim volvebat, qua ratione versificandi carmina nostri temporis vertentes uti deberemus, cum poetae Latini variis aetatibus florentes rationes diversas nobis praeberent. Prosodia metrica apta ei non videbatur, utpote quae accentum sermonis naturalem neglegeret; prosodia vero dynamica (vel rhythmica) elementum sermonis quantitativum haud considerat syllabas longas a brevibus non discernens. Optimam igitur Šprincl prosodiam dynamicometricam putabat, quippe quae neutrum sermonis elementum praeteriret. Ut simpliciter dicamus, de versibus metricis agitur, quorum ictus ab accentibus verborum naturalibus non discrepant.

Quamvis vero valde Šprincl prosodiam hanc laudaverit, ipse ea — quoad in *Fasciculo* videmus — rarissime utebatur. Certi huius generis versus in principio *Sponsae lemuris* legi possunt:

Únděcím íám nŭnc hŏră sŏnábăt,
ádhŭc lámpās cŏnflāgrábăt
fúnděns fúlgŭr ĩn ĩntĭmă cĕllăe
désŭpěr ĩn gĕnŭálĕ pŭéllăe.

Sunt tetrametri dactylici catalectici, ut facile discerni potest, quorum autem ictus cum accentibus verborum naturalibus plene congruuntur. Si igitur lector accentus hos bene legit simul ac quantitates syllabarum, sua sponte metrum sonat, lectore immo nesciente, quale metrum legat. Animadvertendum est porro versus huius generis non saepe eundem numerum syllabarum habere, qua re a versibus rhythmicis differunt (in exemplo supra laudato versus primus decem syllabas continet, cum in